dis predicatio a [?] ei et potestas tenebit a
mari usque ad mare ab oriente usque ad oc
cidentem ab aquilone usque ad septentrionem
faciet quoque signa multa magna mirabilia
et inaudita faciet ignem de celo terribiliter
venire arbores subito florere et arescere
mare turbari et subito tranquillari natu
ras in diversas figuras mutari aquarum cur
sus et ordinem everti agitari aera ventis et
multimodis commotionibus et cetera innumera
bilia et stupenda mortuos suscitari in
in errorem inducantur si fieri potest etiam ele
cti. Illum quando tanta et talia signa viderint
etiam illi qui perfecti et electi dei sunt dubitabunt utrum
ipse sit Christus qui in fine mundi secundum scripturas
venturus est an non. Hec autem omnia miracula omnibus
modis esse per incantationes diabolicas notum
est. Sed peccatoribus et incredulis videntur esse